



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Ver. 6. & 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Pilato, metu Cæsaris, à seipso, cum potentia se non opponit inimicis. Tradiunt autem ut crucifigatur, summo supplicio, & feruili afficiatur.

S. Caluinus, Pareus, Gommarus, alij; rigidi Caluini ideo traditum aiunt, quod aliter nobis placari Deus non posset. [Ita duplex huius fuit sententia, primo ut testatum faceret sponte ad mortem Dei filium descendere, ut mundum reconciliaretur: quia neque aliter expiari poterat scelus reus, vel acquiri nobis iustitia.] Poterat sane aliter, sed Deo visum est, hoc modo expiare. Caluinus autem Deum negat, de suo iure quicquam posse remittere, & tam esse necessarium, ac naturale punire peccatum, quam odisse. Multo vehementius Sibrandus, cuiusque collegæ errorem illum vident, quos alia parte Vortius libro de centum erroribus Sibrandi refutat. Sed & ipsa veritas, ac diuina Maiestas hoc ipsum nos docet. Cum enim misericors sit, & liberi arbitrij, potest peccatum, quod odit, liberali beneficentia remittere. Imo hoc ipsum quotidie facit, in illis, qui sanguine Christi expiati non sunt, qui apud inferos torquentur, quos cum citra condignum puniat, negandum non est, id liberali fieri misericordiam, quæ penas non omnes, quas iure posset, infligit. Quia in Christi acceptando sacrificio, quo nostra peccata expiantur, Deus patet misericorditer suo intercessit, ut docet Caluinus, quod enim satisfactio nem illam ad supplicationem ordinari, misericordiam fuit, & luminis immunitio. Caluinus lib. 2. In istius cap. 17. Christi passionem negat posse opponi Deo iudicio. [Equidem fateor, si quis simpliciter & per se Christum opponere vellet iudicio Dei, non fore, re locum merito, quia non reperitur in homine dignitas, quæ possit Deum promereri.] Quod si igitur non potest simpliciter Dei iudicio, quod est ipsius iustitiæ æquissimum decretum, opponi Christi meritum, ergo ut esset in Christo meritum, de summo suo iure Deum concedere oportuit, atque ut ea esset in homine dignitas, misericorditer rigorem iustitiæ temperare.

VERSVS 3.

Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi, in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas.

QVÆSTIO I.

Quando congregatum fuerit concilium Sacerdotum?

S. I. Ioannis 11. 46. cum quidam ad Iudæos retulissent de resurrectione Lazari, collegerunt concilium, sed hoc diu ante contigit; interea enim Iesus abiit, & moratus est in ciuitate Ephrem, ibidem v. 34. Hoc ergo concilium diuersum est, post Christi ad Pascha aduentum: nam post illud tempus, & miracula in templo, grauissimæque inuectiua, magis inflantur. Conuenerunt autem principes sacerdotum, seu capita familiarum sacerdotum. Deinde seniores populi, de quibus multa est disputatio. Constat autem sic vocari eos, qui dignitate aut magistratu aliquo habebantur.

Beza contra Adrianum Sarauian ex his senioribus suas presbyteria nititur confirmare. Erat senatus quidam Iherosolitarum etiam in Agypto. Exod. 4. 29. Num. 11. etiam seniores sunt: alij seniores 18. Exodi qui iudices erant causarum, & Exod. 22. 8. Seniores ciuitatum

Adami Conzen in Euang. Tom. 1.

hominantur alij Deut. 21. & 2. Par. 19. Malach. 2. 7. Hi nihil ad Caluianum presbyteria faciunt, ut ex eorum castis probat Matthæus Surlin.

In Græcis adduntur *scribae*, *scribae* quod ab omnibus Latinis abest, & aliquot Græcis, etiam in antiquissimo Græco Bibliothecæ Mosemenfis. Societ. Iesu desideratur. In Syris vero legitur, conueniunt in atrium Caiphae, Syriace *ܟܝܦܗ* Kaipha; *ܐܕܐܢ* non est locus subdualis, sed aula magna, anterior, in qua confessus impiorum fuit; de moribus Caiphae, auaritiâ, libidine &c. vide Iosephum l. 18. antiq. c. 3. & 6. Certe igitur Concilij dies non potest indicari; verisimile tamen est intra biduum illud contigisse; tam enim Pascha vicinum erat, ut non putarent ante festum posse fieri. Vix dubium videtur quin seniores sint ex iudicio, seu concilio Sanedrini; de quo vide Barradium l. 6. c. 2. Luc. 22. adduntur *duces*, quorum sub manu milites; Magistratus templi fuerunt, & quidem Iudæi; quamuis enim Romani ad templum exuebantur, oportebat tamen intra septa custodiam esse, atque in ipso templo, si quid oriretur aduersi. Atrium enim gentium apertum, cetera clausa erant, ita Titus apud Iosephum l. 7. bellic. 4. Nonne vos de sceleratissimi cancelli locum sanctum prosequistis? nonne literis Græcis, ac nostris incisus tabulas constituitis? quibus septa ne cuiquam transire liceret edicitur? Nonne eos, qui transissent, quamuis Romanus quis esset, vobis necare permisimus? cum ergo intra ipsa septa tot millia Iudæorum crebro essent, oportuit ad eorum quietem, & sacri loci tutelam milites & duces ex Iudæis esse, quibus ingrediendi ius esset. Christum autem Dominum non vi opprimendum, sed dolo circumueniendum statuunt, v. 4. Luc. 22. 1. Sapient. 12. 13. Timebant enim seditionem in populo præsertim peregrino, qui cum palmis obuiant Domino iterat.

VERSVS 6. 7.

Cum autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis Leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti preciosi, & effudit super caput ipsius recumbentis.

QVÆSTIO I.

Quenam fuerit illa mulier?

S. I. Qvæstio nobilis & multis voluminibus disputata, ut etiam fatetur nosset Maldonatus: ad-disputatio
ego forte operose magis, quam necessario, aut v-
de Maria.
tiliter. Quidam enim tres Marias, alij duas, alij vnam arbitrantur esse, quæ Dominum vnixerunt. Vide Meld. Franciscum Lucam, Barrad. Baron. anno 32. Ambrosius dubitat, & veteres minus certo hoc, aut illud asserunt. Vt res aperte cognoscatur in medium proponam, quæ habent Euangelistæ.

Matthæus cap. 26. 7. mulierem vocat.

Marcus eodem modo cap. 14. 3. vterque vero in domo Simonis factam vñctionem testatur.

Ioannes cap. 12. 3. Mariam appellat, atque ex textu colligitur esse Lazari, & Marthæ sororem: quod quidem negari non potest, si quis c. 11. consideret.

Ex horum trium capitum collatione certo constat Mariam sororem Lazari & Marthæ vnxisse pedes domini ante sex dies paschæ, an vero eadem sit cum illâ, quæ Matthæi 26. Marci 14. id fecit ex quæstione in v. 2. intelligi potest.

Lucæ 7. 37. mulier in ciuitate peccatrix idem officium præstat, in domo Simonis: id vero contigit in

SI 3

Gali-

Græci vetu-
sti non ha-
bent.

Magistratus
templi.

1118 GOME
112
1119 GOME
1120
1121 GOME
1122
1123 GOME
1124
1125 GOME
1126
1127 GOME
1128
1129 GOME
1130

Galilæa: multo ante hanc vñctionem, cum & lacrymis pedes laueret, & Simon, non discipuli pietatem illam reprehenderet.

Lucæ. 8. 2. Inter pias mulieres Christum secutas, nominatur Maria quæ vocatur Magdalena, de quâ septem dæmonia exierant. An vero Magdalena fuerit illa mulier peccatrix, & penitens, non dicit Lucas.

Magdalena tamen fuit cui Christus primo apparuit Marci 16. 9.

Ex quo sequitur eandem esse cum illa quæ Matth. 28. 1. Marc. 16. 1. & quæ Ioann. 19. 25. stabat ad crucem, quæq; c. 20. 1. venit ad sepulchrum, & v. 11. stat ad monumentum plorans. Et apud Matth. 27. 61. & 28. 1. Magdalena igitur, de quâ septem dæmonia exierant, ad crucem, & sepulchrum stat, & Domini comes est, an vero sit eadem, quæ bis Dominum vnxit, nondum ex his liquet.

Ioannes autem c. 11. 2. 3. rem definit. *Erant autem quidam languens Lazarus à Bethania de Castello Maria & Martha sororis eius.* (Maria autem erat quæ vnxit Dominum vnguento & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur.)

Quid ex
scripturis
colligatur.

Hinc verò hoc duntaxat conuincitur: Sororem Lazari Mariam esse; an vero sit Magdalena, de quâ septem dæmonia exierant; an etiam illa mulier peccatrix, quæ lacrymis pedes lauit, non constat. Ioannes enim tam loqui potuit de vñctione, quæ facta est Bethaniæ, quam de illâ, quæ fuit in Galilæa.

In scripturâ igitur soror Lazari, & Marthæ non vocatur expresse Magdalena. Mulier quæ vngit pedes bis dicitur Maria Ioan. 11. 3. & 12. 3. cetera, si scripturam spectemus, incerta sunt. An mulier peccatrix. Maria soror Lazari. Maria Magdalena, vna eademque, an duæ, an tres mulieres sint. Neq; video quid aliud ex scripturâ confici queat.

§. 2. Quia vero de scripturâ nihil certi licet concludere variæ fuerunt sententiæ. Clemens Alexandrinus l. 3. c. 6. constitutionum Apost. Mariam Magdalenam, & Mariam sororem Lazari distinguit. Baronius ex Origene probat, verum non esse quod Clementi ascribitur: Origenes enim tract. 3. in Matthæum testatur nullum ante se auctorem docuisse Mariam Magdalenam aliam esse à Maria sorore Lazari. Qui tamen eandem facit in orat. de Magdalena. De illa enim, quæ ad sepulchrum venit, ista habet. *Foras se nescis an diligas te. Olim te diligebat; à Phariseo te defendebat; à sorore tua diligenter, excusabat: Olim laudabat te, quando vnguento pedes eius ungebas, lacrymis rigabas, capillis tergebas: dolorem tuum mulcebat, peccata dimittebat, &c.* rursus in fine hæc habet: *Plorat vnusquisq; ad Iesum, querat fideliter Iesum, quia non celauit querenti se peccatrici. Disce peccator homo à peccatrice muliere, cui tamen dimissa sunt peccata, &c.*

Eusebius ad Marin. dubitat. Chrysost. hom. 81. in Matth. duas putat. Hieronym. comment. eodem modo duas, alio sensu tamen. Sed Epist. 148. Peccatricem, & Magdalenam eandem putat. Amb. in Luc. 7. dubitat. Sed de Salomon. cap. 5. eandem existimat. Augustinus tract. 49. anceps est, in l. 2. de consens. Euang. 79. vnam putat, atque ita Greg. hom. 25. & 33. & Beda in Luc. c. 5. Videmus itaque rem incertam esse, de qua tanti viri dubitarunt, aut trepide affirmarunt.

Clitovius tres esse docuit. Faber de tribus Magdalenis scripsit: ineptè, melius tres Marias appellasset.

§. 3. Vnam esse eandemq; Magdalenam, seu Mariam, ex his quæ dicta sunt probabile est, & Ecclesia Romana in eam sententiam inclinat. Hymnus ita habet.

Vni Maria,

Eterni Patris vnice
Nos pio vultu respice

Qui Magdalenam hodie

Vocas ad thronum gloriæ,

In thesauro reposita

Regis est drachma perditâ

Gemmaq; luce inclita

De luto luci reddita

Iesu dulce refugium

Spes vna penitentium

Per peccatricis mercedem

Peccati solue debitum.

Et alio Hymno.

Amore currit sancta,

Pedes beatos ungere, &

Astare non times cruci.

Sepulchro inhaeret anxia

Idem testantur & antiphonæ, aliaq; quæ Romana in breuiatio leguntur.

§. 4. Quæ obijciuntur in contrarium nullius momenti sunt. Deut. 23. Lex vetat esse meretricem de filiabus Israël.

Respondeo Legem fuisse sanctam mores, malos. Tota gens fornicata est, cum amatoribus multis, Olla, & Olibama, subter omni ligno frondoso prostituta sunt, si idola coluerunt, mitem est, si cultum rem prodegerunt: Fuisse autem magnas corruptelas in illa republica omnes Prophete testantur. Idololatram autem impunitas sequitur & præcedit. Mores vero hoc tempore erant corruptissimi; Pharisæi improbi, Sadducei erant Epicuri, adde Herodem & Romanos. Neque dicendum illas meretrices, quæ Phariseos in regnum celorum præcedebant fuisse gentiles, sed Iudæas. Tempore Salomonis fuisse docemur, Reg. 3. Romæ tot erant leges contra adulteria, & tamen miseræ leges affigebantur parietibus, adulteræ volitabant per urbem, & pendebant senatusconsultis insulabant. At peccatrix illa Galilæa soror Lazari Bethaniana fuit.

Respondeo. In ciuitate Naim conuiuium fuisse videtur, sed potuit mulier illa Bethania, vel Magdala oriunda eo profecta esse multis occasionibus, vel quod à suis abesse mallet, licentius victata, vel quod amatorem eo loco haberet, aut sanè verecunda. Magdala est in tribu Nephthali, Ios. 19. Magdala in Iudæa. Ios. 15. Solet hoc genus hominum plurimum esse peregrinum, cognatos & familiam veteri solitum.

§. 5. Difficile est, fateor, quod de septem dæmonibus obijciunt. Si ante dæmones eieci sunt, quam pedes Christi lacrymis lauit, mirum est, eam non continuo penitentiam egisse. Si adhuc obsessa ad Christum venit, quomodo erat meretrix energumena, & si quidem ipsa erat tam demens, ut in tanta calamitate libidinari veller, nemo tamen tam impotens ac furiosus intemperantiæ fuit, qui dæmonibus oblectum scortum, in quo celestis vindicta tam luculentia indicia, & impudicitia: poena apparebat, accederet. Post eandem ad Christum peccata liberam fuisse, non est dubium. Nam inter mulieres, qui Christo ministrabant, versatur, & deinde cum Lazaro, & Martha, nec vlla dæmonis est mentio. Quod si post hæc adeo seriam penitentiam, & Christi detentionem septem dæmonibus tradita fuisset, haud partum miraculi auctoritate ea res imminuisset; clamasset Simoniple, peccata non remissa, sed scelorum vitores Diabolos immisos. Itaq; huc pertinere non potest, quod aliquando legimus, multos dæmonum vexatione obnoxios fuisse. ut Chrys. l. de Proinde. Hier. Epist. 25. Baronius eo ipso tempore, quos illa pietatis officia

officia praestabat, demones eiectos existimat. Quod si verum est, valde mirum est, fama tam celebris poenitentiae. Non enim mirum est, mulierem tantam calamitatem constitutam omnia tentare, ut liberetur: at interpretes id singulare in Magdalenam observarunt, eam non alicuius beneficii temporalis indigam ad Christum accessisse, sed solam animae salutem quaesivisse: cum alii contra morbos, & demones remedia petunt venientes.

Mirum etiam videtur miraculum adeo nobile Lucam non suo loco narrasse, praesertim cum ad rei occultas, hoc est, remissionem peccatorum confirmationem magnopere faceret: Nec enim Simon de peccatorum remissione dubitaret, si demones eiici videret.

Mihi duobus modis difficultas posse tolli videtur. Primus est, ut Mariae peccata demone immisso punita censentur: deinde eam Christus liberavit eo tempore, quod prandium antecessit: Nam ut dicitur Luc. 7. 19. Misit ad eum Ioannes & vinculis & quaesivit: Tu es qui venturus es? &c. & v. 21. In ipsa autem hora multos curavit a languoribus, & plagis, & spiritibus malis: & multis donavit visum.

Eo tempore Mariam demone liberatam arbitror, illa enim disputatio de Ioanne invitationem praecedat. Illa vero se liberam videns, & causam poenae recognoscens, gratias actura, & veniam peccatorum petitura venit. Non ignorabat porro plurimum demonibus in libidinis mancipia permissum esse. Alnodai meminerat, & septem procorum quos geniali nocte demon occidit. Erat igitur peccatrix, & prostituta pudicitiae, sed ex merito deinde energumena ad breve tempus: vnum forte aut alterum diem: ut publicanum nondum fuerit.

Alteratio mihi probabilior videtur. Mariam a demonibus oblectam, eoque modo lasciviam, & luxuriam punitam fuisse, ita tamen ut neque ipsa neque alij cognoverint, donec pulso hoste res manifesta esset.

Enim quos demon in potestatem suam redegit, alios mox interfecit, ut illum de quo Delrio lib. 3. p. 1. quæst. 7. dicitur. Quando ad fordes libidinis sacrilega voti violatio, & scandalosa stans ratione vice accedit: minus mirandum. Sed exemplum tamen dabo: quod si recentis memoria, multis notissimum, sine horrore tamen neque memorari loci nomen taceo. In Flandria comitatu prioratus pluribus ibi nominatus monachi debeant, reganeones & comitatus, sua cuique erat, nec pudor vilis aderat, simul belluari & libidinari, quadam die in seram noctem copulationis protraxerunt qui minus scelerosus: sat ait Basilio, Venerique datum: Deo gratias saltem. Ego vero subinfert alius provocator, exodemoni gratias ago, & agendas censeo cui operamur. Et cum ipse mensa relicta, ruit in cubilia. Singuli cum sortio vix de cubo erant, ecce tibi in triclinium, vi ianua reforescens Demon, magni, viri & trucis viri specie, habitu venatorio, & cum eo totus duo parvuli obambulat, & lectos circumspicit toruo vulnere deinde horrenda voce, ubi qui mihi gratias egit? adsum referam. Lecti abstrahit paventem, & ferme praemetu animam effugientem, trahit coisubet infigi veru, & luculento igne probe affari parent promprie assatur infelix, emoritur planissimose, ceteri praeforidine assu corporis nidore implentur. Demum venator ad superstitis sub stragulis trepidantes vix vivos: digni res etiam aut pari supplicio, nec deest voluntas mihi. Vetur vi maiore. Inuitus abeo & moneo: respicite aut manent terribiliora. Disparent larva, nec tamen his aliis animus reddit, vel vox, nisi clara iam luce. Vbi surrexere collegam inveniunt mortuum, & ne visum inane putet plene assatur. Haud scio an ab aliquot seculis, quidquam ad exemplum vtilius acciderit: scio locum & ordinem: sed vtrumque silentio innotet.

Alios vero ita infidet, ut diu dubium sit, an tali ab hospite teneantur, dum neq; signa certa dat suae praesentiae, nec ita torquet, ut ab operibus vilitatis impediat, aut si id faciat, eo modo, & tempore facit, ne constet in publico. Neq; enim illi par in omnes obfessos potestas. Quam de re tum alios, tum vero Petrum Thymum de demoniacis videre licet.

§. 6. Non desunt etiam, qui vnum eundemq; Simonem arbitrentur, cum apud quem in Galilaea, & apud quem Bethaniam Dominus vinctus est. Augustinus dixerunt esse demonstrat. Ille in Galilaea, hic Bethaniam domum habet. Hic leprosus, ille Phariseus, cuius in Christum non erat tanta benevolentia, quam huius, qui Christum in media invidia, & flammâ odiorum, amicitiam professus inuitat: amicus etiam Lazari & sororum, quae domi eius cenant, & ministrant. Quamvis autem illa in Nain vinctio non contigisset, non tamen in Bethaniam facta esset: non enim eo tempore Bethaniam Iesus aduenit. Potuit quidem Phariseus fuisse leprosus, verum si vnus idemq; fuisset, credo hoc adiecto Pharisei nomine Evangelistas dicturos fuisse.

QVÆSTIO II.

Quidnam Alabastrum? & quod vnguentum?

§. 1. **A**labastrum, velut Cicero nominat Alabastrum, lapidis, suae gemmae species est, quae in vascula vnguentis servandis idonea excavanantur. Illis enim conservandis idonea est lapidis natura, frigida, minimeq; porosa, sed spissâ soliditatis, ne facile transfudent. Vnguenta Alabaistro servari solita Cicero etiam docet: quibus Alabastrum plenus vnguento putere videtur. Quin refert in Thalia Herodotus: Ἀλὰ βαστρὸν ἰσὺς Ἰσθίου πρὸς τὴν Κάμψης Περσὰ μισσὺν. De Alabastrite lapide vide Plin. lib. 36. cap. 8. Alabastrum igitur vñs in his deliciis erat: atque hinc etiam alia vasa, nempe crystallina, quae erant vnguentis deputata, vocabantur Alabastrina, uti nunc vocatur omnis pecunia. Epiphanius de mensuris, Alabastrum ait vasculum vitreum, capiens libram olei, mensuram sextarii dimidii: Alabastrum autem vocari propter fragilitatem: alij vocant ἄλδρα ἢ ἄλδρα, quod anis careat. Hinc noster Maldonatus & alij putant Alabastrum non fuisse: quod dicatur effracto Alabaistro effudisse, firmior enim Alabastrum, quam ut frangi facile queat: servari autem preciosum vasculum ad alia vnguenta conveniens videbatur: confirmatur etiam illa sententia ex Syro, in quo est ܐܠܒܐܣܬܪܐ inudatorium, effusorium, à ܐܠܒܐܣܬܪܐ effundere. Verum cum nihil impediatur, proprietatem dictionis retinere malo, ut vere Alabastrum dictum fuerit, non alterius generis vasculum. Si quidem illud superesset, quod Constantinus Magnus in foro Constantinopolitano, Honorius honestiore loco collocavit, teste Suida in verbo ܐܠܒܐܣܬܪܐ, iam causa decisa esset, nunc nullum aliud est, nisi ex textu siquum. Alabastrum fragile esse indicat Epiphanius, & verum est si excaverit, ut tenuia sint latera, id autem facere artifices solent, potuit igitur malleolo, aut alterius rei illi facile frangi: hoc autem ad magnificenciam spectabat, non vnguentum modo profundere, verum etiam vasculum preciosum contingere. Sic enim amorem, & venerationem suam erga Dominum mulier omni ratione demonstrat. Quin etiam mysterium indicatur. Fracto & aperto Christi corpore in cruce, vnguentum quod toto orbe suavissime redoleat, effusum, Harpocration in Demosthene legit Alabastrum thecas.

Duo Simon
nes. 60

Alabastrum
vnguentis
idoneus.

An vitrum
fuerit.

pro islem radicem nucleis accipere, ac tum certe potissimum cum Indica nardi facere mentionem. Id ipsum satis aperte innuit Gal. 1. de antid. quo loco radicem nardi Spicam nominari dicit, non quia vere Spica sit, sed quia Spica figuram amuletur. Idemq. lib. 9. de comp. Medic. secundum locos, quam Philo in deferenda sua antidoro dicitur. Quod si uocet nominat, nil aliud esse esset, quam ipsissimam nardi radicem: ibidemq. annotat Philon. Lev. 24. uocet ita d. Stam, quod vulgo non radix, sed Spica vocaretur. Quin etiam 8. de simpl. medic. facit. ubi de nardi radice tanquam potiore nardi parte agit vāg-don sāxuv appellat, quasi ex eo vocabulo vnicuiq. satis cognitum.

Itaq. non Spicas, sed bulbos Nardi interpretatur. Id mihi mitum non fuisse ē veteribus vilius, ne Dioscoridem quidem, qui Indam & Syram nardum hac ratione distinxit.

Hac quidem de te disputare nolum. Hoc mihi satis est. Vnguentum ē Spica nardi esse praestantissimum, siue Spica sit vera, siue nucleis radicis, seu bulbos. Nec facile adducor ut a communi tam nobilium auctorum sententia recedam. Plinium errasse non credo, cum nardus aliq. Romam totā Syriā ferrentur, & Syriā indidūm, provincia habitaretur a Romanis. Ind. cam nardum Spicas habere negat, at Syriacā Spicas certe habuit, ut nihil opus sit figuras sequi, & radices pro Spicis accipere. Cōstat Statium de veris spicis loqui non enim decerpit odoratas Spicas, qui radices eruit, & de odore campi Poeta loquitur. Nec aliter Ovidius: nec enim Phœnix ex radicib. sed foliis, spicis, lignis odoratis sibi nidum struit. Quod vero Poetas interpretatur de Italica nardo seu Lauandula, ut si de veris Spicis eos intelligere velimus, ad nostrā herbam eos reuocemus, inconsiderate dicitur. Nam Nardus Syria illis notissima fuit, & eius vnguenti v-sus. Deinde Statius de nardo cuius Spicas decerpit Arabas, canit, & Onidius quas Phœnix nido struendo colligit. Omnium eorum Romae magnus in tanta luxuria v-sus quotidie vtebatur, &

Pro islem, igitur scriptum fuit *o p i n d i s*, & ita in Ioanne legendum videtur, vtuntur enim illis vocibus etiam Graeci. Foliatum aut spicatum opposita sunt, melius est enim, quod est ē spica. Foliatum Graecis dicitur *παραφυλλιον*. De Spicato loquitur Statius Syl. 5.

Odoratæ Aras decerpit aristas. Et Ouid. Metamorph. 15.

Nardi tenuis aristas. De vnguento Nardo Dioscorides l. 1. c. 75. Nardinū vnguentum variis aliis malabathris foliis, aut sine eo preparatur. Vt si autem malabathris oleo aut omphacino piffandi qualem gratia in uincis odoratus admiscetur, ad odoris vnguentum vtilitatem dandum, costus, animum, nardum, myrrinā, balsamum laudat ac tenuis, minime acre, nardi arida, aut animum odorem retinens. Vt si ex tenuis, acris ac detergenti: nec non & huiusmodi arefaciendis, & exalfaciendis vtpotest utendum vero est, nec habet frugementi crassitudinem, nisi vnguentum recipiat. Conficitur quoq. vilius ex omphacino oleo, in quo, iuliano, costo atq. nardo.

Arthociale fuerit incertum, variæ enim mitiones erant præcipue in Syria, & Asia voluptatum architectura.

Minus preciosum Malabathrinum, quamuis & illud notum delictis Romanis, nomine etiam retento: ita Epictetus Poeta madentes prædicat.

Malabathrinū Syrio capillis. Quamuis Dioscorides lib. 1. c. 11. Indica paludis, non arboris folium arbitretur Malabathron. Plinius in Aegypto, & Syria, Garcias ab Horro in Indiā patriam illi adesse, & dici hodieq. Tamalapatra, quod idem est eum Malobathro, prima demptā syllabā, Graeci interdum vocant. *Παραφυλλον* per excellentiam: Interpret. Dioscoridis vnguentum ex eo vocat foliatum.

Spicatum nardi præstantissimam fatentur, quæ sit tamē Spica nardi magna est dubitatio: Ianus Antonius Sacerdos Lugdunensis Scholiis in Dioscoridis l. 1. c. 6.

negare illo Spicam, qualis est, in quā frumētacea semina continentur, quamuis fateatur, thymo, stœchadi, & similib. Spicam seu *σάχυν* Graecis tribui. Sed *σάχυν* seu Spicam hoc loco ita non esse accipiendam, vel ex eo patet, quod, quicquid dicant nonnulli Plinii auctoritate decepti, nardus Indica Spicas huiusmodi nullas habere cōperitur. In illis vero Diosc. nardi radicis nucleum, quæ quid nō pars est ipsius nardi nobilissima, præstantissima, ac etiamnum in v-su Medico frequentissima. Vt enim Columella, Latiniq. alii, Spicam interdum accipiunt pro nucleis, quibus numerosis ac libi in uincis coherentibus, quarundam radicem bulbosa capsa compinguntur. Vt ut alii ylipici, liliorum quig. in alii. Dicit esse. Graeci peculiariter a *σαλδ* et nuncupatur: ita & Graeci *σάχυν* uos

pro islem radicem nucleis accipere, ac tum certe potissimum cum Indica nardi facere mentionem. Id ipsum satis aperte innuit Gal. 1. de antid. quo loco radicem nardi Spicam nominari dicit, non quia vere Spica sit, sed quia Spica figuram amuletur. Idemq. lib. 9. de comp. Medic. secundum locos, quam Philo in deferenda sua antidoro dicitur. Quod si uocet nominat, nil aliud esse esset, quam ipsissimam nardi radicem: ibidemq. annotat Philon. Lev. 24. uocet ita d. Stam, quod vulgo non radix, sed Spica vocaretur. Quin etiam 8. de simpl. medic. facit. ubi de nardi radice tanquam potiore nardi parte agit vāg-don sāxuv appellat, quasi ex eo vocabulo vnicuiq. satis cognitum.

Itaq. non Spicas, sed bulbos Nardi interpretatur. Id mihi mitum non fuisse ē veteribus vilius, ne Dioscoridem quidem, qui Indam & Syram nardum hac ratione distinxit.

Hac quidem de te disputare nolum. Hoc mihi satis est. Vnguentum ē Spica nardi esse praestantissimum, siue Spica sit vera, siue nucleis radicis, seu bulbos. Nec facile adducor ut a communi tam nobilium auctorum sententia recedam. Plinium errasse non credo, cum nardus aliq. Romam totā Syriā ferrentur, & Syriā indidūm, provincia habitaretur a Romanis. Ind. cam nardum Spicas habere negat, at Syriacā Spicas certe habuit, ut nihil opus sit figuras sequi, & radices pro Spicis accipere. Cōstat Statium de veris spicis loqui non enim decerpit odoratas Spicas, qui radices eruit, & de odore campi Poeta loquitur. Nec aliter Ovidius: nec enim Phœnix ex radicib. sed foliis, spicis, lignis odoratis sibi nidum struit. Quod vero Poetas interpretatur de Italica nardo seu Lauandula, ut si de veris Spicis eos intelligere velimus, ad nostrā herbam eos reuocemus, inconsiderate dicitur. Nam Nardus Syria illis notissima fuit, & eius vnguenti v-sus. Deinde Statius de nardo cuius Spicas decerpit Arabas, canit, & Onidius quas Phœnix nido struendo colligit. Omnium eorum Romae magnus in tanta luxuria v-sus quotidie vtebatur, &

Pulpia solennestum oluere crocos.

Quod ad Dioscoridem attinet, nullo modo dicendū est, eum nomine *σάχυν* radicem signare. Nam nullo alio loco *σάχυν* vocat *ελαν* radicem. Imo cum ait de Syria nardo *μικρόν ἔχον σάχυν*, parum habens Spicā, & de Indica, *πλείονος τε ἔχοντος σάχυνος, ὥς τις ἀνθός, ὃ πολυκίμων*. Pluresq. habere Spicas ab eadem radice comosas, aperte distinguit radices, & Spicas ab illa nascentes, & *πολυκίμωνος*, hoc est multis capillamentis distinctas, sic de Samphariticā, aliisq. loquitur. Eam quæ madafacta est, ideoq. deterior sit, dignosci docet, *ἐκ τῆ λευκῆν ἔχοντος σάχυν, ὃ ἀνμικρόν, ὃ μὴ ἔχει τὸν χυόν*. Quod Spica alba sit, squalida, lanugine careat. Hæc in radices conuenire non possunt. & paulo post radices vocat suo nomine *ελαν*. Et cap. 7. discrimen inter nardum & tragon docet, esse, quod Nardus radicem amatam & aromaticam habet, non autem Tragus. *ελαν* non *σάχυν* appellat.

§. 3. Nec tacere debeo aliorum sententiam, qui nardum *πικρὸν* ita dictam existimant, quasi *πικρὸν* hoc est *ποτὸν*, potabilem. Hæc notis interpretibus placuit, Beza liquidam vertit: Duplex vnguentorum modus, alia spissiora sunt, ut vngi, & lini possint, conuiat, alia tenuiora, quibus perfundantur, tale fuit Magdalene. Aeschylus medicamenta alia *πικρα* quæ bibuntur, alia *βραστα*, quæ eduntur, alia *χεῖρα* quibus vnguntur esse refert. Hic primum *πικρα* non *πικρὰ* medicamenta leguntur. Deinde etiam liquida vnguenta Nardina bibebantur, sed odoris causa erant. Imo gustui ingrata erant, & visceribus noxia. Tertio hoc vnguentum erat *ἐκ τῶν χεῖρων*, ex illis quibus vnguntur nam

Nardi veras esse aristas.

Pista potabilis.

nam Luc. 7. & Ioan. 12. mulier illa se vinxit pedes. Denique, *μὴ* ex non potantur, id est, nec vocantur potabilia, ut medicamenta, quae agris nauticantibus ingeruntur.

VERSUS 8. &c.

Videntes autem discipuli, indignati sunt dicentes: ut quid perditio hac?

QUESTIO I.

Cui unctionem tam sumptuosam Christus admisit?

§. 1. **M**ultos facti sui habuit calumniatores de uota Deo mulier, unicam, sed quae omnium ora clauderet, causae optima patronam, sapientiam Dei. Nec desunt qui delicias illas vix exescent. Socrates apud Xenophontem, vnguenta planè repudiat, *μὴ* ex *μὴ* esse: Solon etiam, & Spartiata legibus vetuerunt. Contra illa multa Tertullianus, & imprimis Clemens Alexandrinus lib. 2. Paedagog. cap. 8. *Στραφέντων ἡ μὲν καὶ μύρον καὶ χρυσὸν ἐκ ἀναγκῆς. ἐξ οὐκ αὐτῶν ὁ εὐδαιμονίας καὶ εὐτυχίας καὶ ὑγιαντικῆς τῆς νοσήσεως. οἱ δὲ οὐκ ἀλλὰ εὐαριστῶν μύρον καὶ χρυσὸν τὸ δέον τὸ ἀγιον κομιτασθαι, ἢ γυνή τὰς πόδας ἡλεψεν, & κρυέον καὶ ἦσαν αὐτὸν. Coronari & vnguentorum vni vsus minime nobis est necessarius, in linat a voluptates, & pigriniam, propinquā maxime nobis. Sicut mulierem in cō. a accepissit alabastrum vnguenti, vni-esse Domini pedes, &c.*

Vnguentum delicia.

Deinde postquam vnguenta enarrasset, Aristippi, Simonidae, & aliorum mores prae rationem luxuriantium, addit: *καὶ ἡ πόσις ἐν δόμῳ παρὰ αὐτοῖς. Νάδης ἐν πρὶο ἀβίλλης ἡδονῆς. Dehortatur autem quod foeminarum, Christianarum bonus odor sit virtus, vnguenta vero effemineant. καὶ ἡ πόσις ἐν δόμῳ παρὰ αὐτοῖς, οὐκ αὐτῶν τὰ ἡδονὰς ἐκ δὲ ἡδονῶν δύνασθαι: καὶ ἡ πόσις. Non exstimandum, cum vnguentum sit oleum leniens ab eo generosos mores effeminari? Maxime? cur igitur Christus tantas delicias admittit, praesertim cum pedes vnguntur, quod Othonis inuentum esse & Neroni principi fuggeum ait Plin. Clemens etiam quod foeminarum odoramenta reprehendit. Plinius iuvari nos pedum negat unctione, quod ad odoratum non perueniant, aut sane exigua portio, Clemens coronarum odores supra sensum odorandi positos esse inutiles contendit.*

Pedes qui vixerint.

Vsus rei spectatus.

Initio quidem non res ipsa, sed vsus rei laudandus aut culpandus est. Odores, ut ceterorum quoque, oblectamenta sensuum, & recte, & prae vsurpari possunt: Finis & intentio in te mediā virtutem, aut vitium ponunt. Male & nequit canit ille:

*Pinguescat nuncio madidus mihi canis amomo
Lassiturg, rosis tempora subilibus.*

Voluptati precia impendebant, quod pecudum est, illis dictum a Clemente: *ἡ δὲ οὐκ ἔστιν ἡ πόσις τὸ χρυσὸν, ἡ πόσις ἐστὶν ἐν τῷ αἵματι καὶ τῷ σώματι, καὶ φάρμακον ἐπιδόσθαι. Voluptas, cui nuncia non est vitium, motum est, meretriciorum opprobrium, & medicamentum irritationum libidinorum.*

Vnguenta vici causa.

At vero si ad sanitatem, corporis vigorem, alacritatem vinctio adhibetur, medicamentum est, non lasciuiae instrumentum. Aleæus in caput, & pectus, valetudinis causa de fluere vnguenta voluit. Pomponius in Pandect. & ipse Vlpianus responderunt. Vnguenta a quibus valetudinis causa videtur, mundo non continentur. Non enim ornatus causa, sed necessitatis possidentur. itaque distinguit Clemens inter *μυροῦσις*, & *χρῆσις*. Hoc est vngui ad utilitatem ad robur. Illud delibutum esse vnguento ad solas illecebras. Christi

us vinctus est, non voluptatis, sed utilitatis, & praecipue mysterij causa. Post iter, ieiunia, chameumias, orandi, vigilandi, docendi labores corpus vnguento recreare, & Dominum honorare Maria voluit, *ἐπεὶ ἡγήτο. τὸ καὶ αὐτὸν εὐαγ. παρὰ αὐτῶν, τὸ μύρον καὶ χρυσὸν τὸν κρυέον. Quid praestantissimum apud se esse existimabat, eo dominum coluit, cultum sui corporis negligens, & reliquum capillis abstergens, lacrymas poenitens Domino libans. ita loco citato Clemens.*

§. 2. Verum aliud Iudas habet, & aliud praetendit argumentum. Praestat vendi & dari pauperibus, in hanc sententiam trahit Apostolos, qui crebro pauperum alendorum curam commendari audierant, nunquam nisi in peccatrice tale exemplum, prodigalitatis, ut ipsi interpretabantur, in Domino viderant.

Itaque indignati sunt. Syrus *ὡς ἡ πόσις* Vetebesch lehufin, & indignatio illis, Nonne grauis, quā factum abominarentur. Vt quid a se, perditio hac? Nam perditum Iudas putat, quod Domino impenditur, quia lucro eius decessit. Sic enim malevolentia accenti *καὶ πόσις* pauperum licet iam increpant, stolidam esse asserunt. Syrus *ὡς ἡ πόσις* fatigantes eam. Nec causam suam illa agit, non imprudentiam, non amorem, non aliud excusat. Apostolorum iram iniquam fuisse docet Christus, cum ait, bonum opus fecisse. Eleganter Ambrosius in Luc. lib. 6. Verum est quidem quod propter pauperes passus est: sed tamen ipse corripuit Iudam dicentem de illo vnguento. quod effuderat Maria super pedes Christi. Potuit hoc venundari trecentis denariis, & dari pauperibus. Idem & ceteri Apostoli senserant, sed alio affectu. Ille per auaritiam, isti per misericordiam. Iudas enim furto propinqua discipuli pauperum alimonia consulebant. Ex quo apparet, non credidisse Iudam cogitationum & dardorum occultorum fuisse Dominum cognitorem.

Opus omnino bonum, in quo non liquores aromaticos, sed animū ministrantis approbavit, ut idem docet Ambrosius lib. 6. cap. 7. in Lucam. Non ergo vnguentum Dominus, sed charitatem dilexit, fidem suscepit, humilitatem probauit. Et tu si desideras gratiam, charitatem augere in corpus Iesu fidem resurrectionis, odorem ecclesiae, communis charitatis vnguentum, & ita progrediens pauperibus dabis. Plus tibi pecunia illa proderit, si non tanquam affluenter tribuas, sed tanquam praesenturam Christi nomine largiaris: si ita eam conferas pauperi, ut de se in Christo, & Christo enim confertur, quod pauperi tribuitur. Vt enim ad liberalitatem non excitet, in omnium illius se mendicare profiteatur.

QUESTIO II.

Quo precio vendi potuit?

§. 1. **P**OMIS, multo. Apud Ioan. 12. 3. Iudas mentem habens *ἐν τῷ σῶματι*, in furis suis, subito sum: Pernam confecit. Quare non venis trecentis denariis, & de vnguento egenis, de denariis dixi Matth. 26. itaque nihil opus est hoc loco addere. Apparet quid auaritia valeat, & obstinatio, atque adeo cecitas. Si dominum consilium facti esse putauit, in eum spicula linguae maledica dirigit, quia non impediuit, si ignorasse existimauit, infidelis fuit: hoc postremum verum fuisse, facta quae consecuta sunt, ostenderunt. ita enim cum Christo egit, quasi eum machinationis & prodicionis ignarum putaret. Aliorum Apostolorum diuersa mens erat, mulierem imprudenti zelo deliquisse arbitrabantur, dominum id voluisse permittere, nec tamen reprehendere mirabantur, itaque serio pauperum causas agunt.

VER.